

Lorenz Bodock

Programma Quo Laurentius Bodock, Iur. Utr. Doctor, Celsissimi Principis ac Ducis Mecklenburgensis, Dn. Christiani &c. &c. &c. Consiliarius ... Magnificum Dn. Rectorem Caeterosque Patres Ac Cives Academicos, Ad Ordinum Publicam De Incarnati Natiq̄e Jesu Mysterio a Praestantissimo & Eximio Viro Iuvene Joanne Huntemannō Hannoverano, Philos. & S. Theol. Studioso. Proxime sequenti die Martiis, in Auditorio Maiori, hora nona memoriter recitandam. Ea quae par est observantia & diligentia peramanter vocat. & invitat

Rostochi[i]: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734836880>

Druck Freier  Zugang



RU Progr 1653

- 1) Johannes Gopinus
- 2) "
- 3) Herman Schückmann
- 4) "
- 5) Johannes Quistorp
- 6) Laurentius Bodock

PROGRAMMA

Quod

6 35
**LAURENTIUS
BODOCK,**

Jur. Utr. Doctor, Celsissimi Principis ac
Ducis Mecklenburgensis,

DN. CHRISTIANI &c. &c. &c.

Consiliarius, in Universitate Rostochiensis Orator:
Professor, & Amplissimi Philosophorum Colle-
gii Senior.

**MAGNIFICUM DN. RECTOREM
CÆTEROSQVE PATRES AC CIVES
ACADEMICOS,**

Ad Orationem Publicam

**DE INCARNATI NATI-
QVE JESU MYSTERIO**

Præstantissimo & Eximio Viro Juvene

JOANNE HUNTEMANNO Hannoverano,
Philos. & S. Theol. Studioso.

*Proximè sequenti die Martis, in Auditorio Majori,
horâ nonâ memoriter recitandam.*

Eâ quâ par est observantiâ & diligentia
peramanter vocat, & invitat.

— (:) —

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi.

ANNO M. DC. LIII.



36

Purima eq̄videm in Divinis mysteriis sunt plenissima majestatis. Persona nihilominus CHRISTI JESU præcipua est. Est totius Christianæ doctrinæ caput; est omnium argumentorum seminarium, à quâ multiplicium curricula sermonum explicantur, & in quam omnia longè lateq̄; sparsa revolvuntur. Etenim, quoties incarnatum natumq̄; Jesum dicimus, toties purissimi Angelorum cætus obstupescunt, toties horrore perfunduntur mortales, toties teterrimi contremiscunt inferi. O profundissimam consiliorum caliginem! O Mysterij majestatem! Non jam clementissimus JESUS, verissimus licet ab æternò DEUS, jaculatur fulmina; non fremente diluvio terras obruit; non exquisita tormentorum genera, ad consccleratorum supplicia machinatur. Sed hanc inivit viam, ab ipsis Angelorum mentibus & cogitatione remotam. Nempe, humani ac tenelli corpusculi vestitus compagibus, tanquam propitiis & salutaris fulgor, ad salutem afflictissimorum, & cum sempiternâ colluctantium morte mortalium procurandam, terrarum Orbi, (qui juxta Theodoretum, foedissimi lupanaris, in quod omnes omnium libidinum ac scelerum sentinæ defluerant speciem præferebat) suavissimè illabatur. Acres illos ac indomitos Divinitatis radios, lenissimâ veluti corporis nube refringit; cum oppressa tenebris hominum mens, ne minimam quidem Divinæ illius lucis scintillam sustinere potuisset. In hac verò primi parentis argilla, non jam fugaces & obsoletos sui colores imprimat, quibus finem ætas esset allatura, sed se ipsum, hoc luteo mortalitatis nostræ ergastulo circumclusum terris exhibet. Aspice deinde, quæ vita JESU hujus incarnati? Hic, qui omnia ineffabili suo DIXIT, fabrefecit, quæ cælum claudit, quæ terra continet. Hic qui operosissimam mundi totius molitionem, in cunas hominis fuerat machinatus; dum semetipsum ex augustissimo Majestatis Divinæ fastigio, in purissima

simum Virgunculae (in cuius vel castissimâ facie coelestes ren-
debant gratiâ) uterum demississet, ac se ad humanâ conditionis
humilitatem accommodasset, nullum in diversorio invenit angu-
lum, qui eum velut preciosissimum Cœli depositum exciperet.
Primum sibi lectulum sterni curabat in præsepi animalium, qui
postremum in furciferorum patibulo, ex immensô ergâ nos amo-
re sibi elegerat. Sed quânam humana, quânam Angelica mens
concipere potest stupenda DEI opera, quæ jam ad Cœli terræque
admirationem geruntur? Puella scilicet educata inter pudicissi-
mos parietes, in sanctissimâ patriarum legum disciplinâ, & in iis
magnarum artium instructa studiis, quæ adveniendi Deo nobiliter
instruerent Sacrarium; Puella inquam, in quâ à primâ ætatuâ tor-
emicabant dotes, tot virtutes, quot serenâ nocte fulgent in cœlo
stellæ, instar candentium gemmarum suis orbibus affixæ. Inter
palustres tugurioli cannas, inter pecorum anhelitus, in agresti sta-
bulo, deserto, semiruto, frigidæ tempestati, ventorumque flatibus
undiq; pervio, fundit ex utero Regem Angelorum; lactat inte-
gerrimis uberibus Deum, humano corpusculô vestitum; invol-
vit fasciis eum, cuius tenellæ manus orbem rotant; cuius parvi o-
celli solem illuminant; cuius exigui pedes inferos calcant. Re-
ponit in præsepi immensam in cœlo; tegit ejus tenerrima frigore
rigentia membra, qui volucres pennis vestit, qui floribus agros ex-
ornat; gestat parvulum, qui ab omnibus beatissimis mentibus
adoratur ut Deus, & qui in stellis est gloriosissimus. Longum
esset cætera persequi; omnia dixero, cum Mysterium hoc Incar-
nati natiq; JESU mysteriorum maximum dixero. Cujus qui-
dem dignitatem ac majestatem, omnium non dicam hominum,
sed etiam Angelorum lingvæ, sufficienter prædicare non possunt.
Ad illud nihilominus modestâ ac devotâ mente celebrandum ac-
cingit sese, Vir Juvenis Præstantissimus ac Doctissimus Dn. JO-
HANNES HUNTEMANNUS, Hannoveranus. Et qui, noluit
eos æmulari, qui securè indormientes blandienti inertæ, in Aca-
demiis nihil aliud sunt, quam quod in Apiario fuci; & qui foedis-
simâ suâ petulantia, sordidissimâ morum & vitæ luxuria, nobilis-
simorum sapientiæ, scientiæq; Delubrorum nomen & famâ turpi-
ter ob-


ter obumbrant; jam ad solidam eruditionem linguarum artiumq;
pulcherrimo comitatu decoratam assurgere, totq; prius in variis
Scientiis Collegiis, sub Virorum Clarissimorum Præfidiis, lauda-
biliter celebratis, binum jam in studio Oratorio, tum pietatis, tum
ingenii, tum facundiæ specimen, stupendo incarnati natiq; JESU
Mysterio consecratum, e publicâ Cathedrâ, publico & è Memoriae
Sacratio deprompto Sermone, in publico deniq; Majori audito-
rio, proximè sequenti die Martis, Hora nona matutina, ea qua
par est religione edere conatur. Tu jam inprimis **MAGNIFICE
DOMINE RECTOR**, Vos postmodum **VIRI ADMODUM RE-
VERENDI, EXCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI, EXPERIEN-
TISSIMI, CLARISSIMI**; videlicet Dnn. Omnium Facultatum,
**PROFESSORES, DOCTORES, LICENTIATI, VERBI DEI MI-
NISTRI**, Philosophiæ & Artium **MAGISTRI**: Vos deniq; **NOBI-
LISSIMI ET PRÆSTANTISSIMI DOMINI STUDIOSI**, nolite
(ea qua decet honestate Omnes & Singulos obsecro) laudabilem
Juvenis hujus conatum improbare. Verum exhibete satius rem
Vestra Virtute, Vestra humanitate maxima dignissimam. Nempè;
Cohonestate hæc specimen ejus, incarnati natiq; JESU recorda-
tioni devotum, venerabili vestro & eximio conspectu: ipsiq; bene-
volentissimas aures, posthabitis gravioribus curis præbete. Si
comitatus fuerit eventus,

Quem reor, & (veri si quid mens augurat) o pro.

erit unde ille ipse sibi sempiternum gaudebit; erit unde Vobis
Omnibus & Singulis, pro tâto affectu, ex intimo cordis penetrali,
gratias quantas pro tenuitate concipere poterit, reportabit; erit ad
extremum undè in gratissimæ mentis simulacrum, curas & cogi-
tationes suas, Omnium Vestrum honori atq; ornamento, quâ pu-
blicè quâ privatim, devovebit. Valet, dabam ex Musæo meo
die 2. Januarii, in initio ANNI M. D. C. LIII. **Quem omnibus
& Singulis faustissimum, animitus apprecor.**

simum Virgunculæ (in cuius vel castiss
debant gratiæ) uterum demississet, ac se
humilitatem accommodasset, nullum in
lum, qui eum velut preciosissimum Co
Primum sibi lectulum sterni curabat in
postremum in furciferorum patibulo, ex
re sibi elegerat. Sed quænam humana,
concipere potest stupenda DEI opera, quæ
admirationem geruntur? Puella scilicet
mos parietes, in sanctissimâ patriarum leg
magnarum artium instructa studiis, quæ a
instruerent Sacrarium; Puella inquam, in
emicabant dotes, tot virtutes, quot serenâ
stella, instar candentium gemmarum suis
palustres tugurioli cannas, inter pecorum
bulo, deserto, semiruto, frigida tempesta
undiq; pervio, fundit ex utero Regem A
gerrimis uberibus Deum, humano corpu
vit fasciis eum, cuius tenellæ manus orben
celli solem illuminant; cuius exigui pedes
ponit in præsepi immensum in celo; tegit
rigentia membra, qui volucres pennis vesti
ornat: gestat parvulum, qui ab omnibus
adoratur ut Deus, & qui in stellis est glo
esset cætera persequi; omnia dixero, cum
nati natiq; JESU mysteriorum maximum
dem dignitatem ac majestatem, omnium
sed etiam Angelorum linguæ, sufficienter pr
Ad illud nihilominus modestâ ac devotâ m
cingit sese, Vir Juvenis Præstantissimus a
HANNES HUNTEMANNUS, Hannove
eos æmulari, qui securè indormientes blan
demiis nihil aliud sunt, quam quod in Apia
simâ suâ petulantia, sordidissimâ morum &
simorum sapientiæ, scientiaq; Delubrorum

estes remi.
conditionis
enit angu-
excipere.
lium, qui
nos amo-
elica mens
i terræque
pudicissi-
, & in iis
nobilis
tarulâ tot
t in celo
e. Inter
gressi sta-
; flatibus
stat inte-
; invol-
s parvi o-
nt. Re-
a frigore
agros ex-
nentibus
Longum
oc Incar-
ujus qui
ominum,
ossunt.
dum ac-
Dn. JO-
ri, noluit
in Aca-
ri foedis-
nobilis-
nâ turpi-
ter ob-



the scale towards document